

Za
4238





Th. 76.

Za
4238

PERILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
H E N R I C O
DE BVNNAV
DAHLENII DOMSENII GOELNITII ET
GROSTAVCHVITII DOMINO
POTENTISSIMI POLONIARVM
REGIS ET ELECT. SAXONIAE
IN SVMMO SENATV ECCLESIASTICO
PRAESIDI SACRI CVBICVL REGII COMITI
AVLAE IVSTITIAEQVE ET APPELLATIONVM
CONSILIARIO SVPREMÆ CVRIA
PROVINCIALIS LIPSIENSIS
ADSESSORI
DOMINO SVO GRATIOSISSIMO
DIVAE CONIVGIS
AVGVSTAE HELENAE
DE DOERING
IMMATVRVM FVNVS

LUGENTI
RELIGIONEM MOESTISSIMAM
APPROBAT
FRANCISCVS CAROLVS CONRADI
IN ACAD. VITEMB. IVR. PROF. PVBL

VITEMBERGAE
LITERIS VIDVAE GERDESIAE



PERILLVSTRIS
ATQVE
EXCELLENTISSIME
DOMINE
DOMINE GRATIOSISSIME

Dabis veniam pietati, qua TE,
fortunae ac rerum mearum
Indulgentissimum Statorem et Arbitrum,

trum, venerari fas est, quod in
grauissimo TVO luctu TE religio-
se adloqui, et permoleustum vul-
nus, quod Desideratissimae CONIV-
GIS TVAE immaturus obitus in-
flictit TIBI, contingere sustineo.
Quotusquisque enim est, qui auspi-
catissimo illo fruitur laetaturque Prae-
sidio TVO, quo Litterarum in Sa-
xonia nostra publicum florem erigis,
amplificas ac tueris, ad quem non
intimus acerbissimi doloris TVI sen-
sus perueniat? Qui vero ego, ni
perdite sim improbus, ex tam tristi-
tamque luctuoso fato non intensissi-
mum moerorem protinus concepe-
rim? Amisisti, DOMINE, cura-
rum atque solicitudinum, quibus pu-
blicae

blicae Saluti sine remissione inuigilas,
summum oblectamentum et solatium,
C O N I V G E M, in exemplum et
decus saeculi natam, et Generis an-
tiquissimi splendore, et formae venu-
statisque Gratii, et omnium Virtu-
tum decore excellentissimam ac vere
incomparabilem. Quod luctum adgra-
uat, amisisti simillimae T V I Sobolis
amantissimam Matrem; quod acuit
iacturae sensum, in ipso aetatis flore
tenellae adhuc Soboli creptam; quod,
que geminum adsert moestissimi ca-
sus dolorem, e periculosisimo mor-
bo, ingenti, sed proh dolor! bre-
ui, gaudio, nuper T I B I restitu-
tam. At perquam mihi verendum
est, ne, dum ista commemorem
lon-

longius , desiderium ac moerorem
TVVM adaugeam , ac , dum reli-
gioni in TE meae litare volo, cum
in TE , DOMINE , impius exi-
stam, tum in publica commoda pec-
cem. An vero id moliar imprudens,
vt solatia TIBI et medentia verba
adferre ausim ? quod audere absque
criminis nota si vel maxime liceret,
nae sola doloris ac luctus TVI me-
ditatio ita deiecit mihi mentem et
confudit , vt , qui me nunquam di-
sertum noui, nunc me certissime in-
fantem experiar. Iam autem , per
Animi TVI sanctitatem ac Voluntati
Diuinae simillimam confirmationem ,
iam per incredibilem Patriae , et Salu-
tis communis , et Sacrorum in pri-
mis

mis ac Litterarum, quibus praees, amo-
rem curamque mirificam, de TE aliter
existimare fas piumque non est, quam,
vt TVAM TE iustissimo moerori an-
teferre sentiamus incolumitatem. Haec
enim est, qua sustinentur, ex qua noua
in dies publicae rei nascuntur commoda,
quae TIBI priuatum dolorem publica
laetitia mutant. Habes et, quae TIBI
DIVAE leniant desiderium, Dulcissi-
mam ex illa Sobolem; habes, quibus
Orbi superstes est eritque semper, aeter-
nas EIVS Virtutes. Quapropter hoc re-
liquum est precari DEVM Immortalem,
vt quam diutissime TE, et Columnen,
et Decus aei nostri, vt DOMVM
TVAM ILLVSTRISSIMAM feli-
cem fortunatamque perpetuo seruet ac

tua-

FKLa 4238

tueatur , vt meritorum Virtutumque
TVARVM gloriam summam videoas in
seris Nepotibus continuatam : quod piis
sanctisque votis precabor semper,

PERILLVSTRIS

CAT QVE

EXCELLENTISSIME DOMINE
DOMINE GRATIOSISSIME
EXCELLENTIAE TVAE

DEVOTISSIMVS

FRANCISCVS CAROLVS CONRADI

100-00

AC

ULB Halle
003 352 064

3





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-766777-p0012-3

DFG

PERILLVSTRI
 A T Q V E
 EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
H E N R I C O
DE B V N A V

DAHLENII DOMSENII GOELNITII ET
 GROSTA VCHVITII DOMINO
 TENTISSIONI POLONIARVM
 GIS ET ELECT. SAXONIAE
 SVMMO SENATV ECCLESIASTICO
 ESIDI SACRI CV BICVLI REGII COMITI
 LAE IVSTITIAEQVE ET APPELLATIONVM
 CONSILIARIO SVPREMÆ CVRIA
 PROVINCIALIS LIPSIENSIS
 ADSESSORI

OMINO SVO GRATIOSISSIMO
 DIVAE CONIVGIS
VGVSTAE HELENÆ
DE DOERING

IMMATVRVM FVNVS

LVGENTI

RELIGIONEM MOESTISSIMAM

APPROBAT

FRANCISCVS CAROLVS CONRADI

IN ACAD. VITEMB. IVR. PROF. PVBL.

VITEMBERGAE
 LITERIS VIDVAE GERDESIAE



hal 744

